

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Solitudo et tumultus e
cum fonte primo

Si carni quod licet
abscidimus, mox in spiritu quod
delectat inuenimus. Intentioni quippe
anime, si exterior euagatio clauditur,
interior accessus aperitur. Nam quo extra
se spargi propter disciplinam mens non
potest, eo super se intendere per
prouectum potest quia et in altum
crescere arbor cogitur que per ramos
diffundi prohibetur ut cum riuos fontis
obstruimus, fluenta surgere ad superiora
prouocamus.

Gregorius libro XXX. moralium.

Si enim a carne hoc quod libet
abscidimus, mox in spiritu quod
delectet, inuenimus. Intentioni quippe
animae, si exterior euagatio clauditur,
interior secessus aperitur. Nam quo extra
se spargi propter disciplinam mens non
potest, eo super se intendere per
prouectum potest, quia et in altum
crescere arbor cogitur, quae per ramos
diffundi prohibetur. Et cum riuos fontis
obstruimus, fluenta surgere ad superiora
prouocamus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 30,
10 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
p.1519, ll.122-129).